



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 26. Persecutio Antiochiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

stantem, quæ quasi Concilii auctoritate Sæculum IV. A. C. 370. polleat. Tunc etiam discordiam memorant, quæ ipsos Catholicos dividebat, nempe schisma Antiochenum, & approbando Epistolam Synodalem Occidentali-um finiunt.

S. Basilius litteras quoque per Diaconum Sabinum ad Episcopos Illyrici, Italiae, & Galliae misit, & ad quosdam alios, qui sibi privatim scripserant, nominatim ad Valerianum Illyricum, seu potius Aquilejensem. Gratulatur ei, sicut & aliis, quod in Occidente una omnium esset fides, dicitque, oportere, ut per Occidentales fides in Oriente renovetur, ut pro accepto Beneficio vices reddant. (*)

§. XXVI.

Persecutio Antiochiæ.

Tristis imago Orientalis Ecclesiæ, quæ Socr. IV. 17. Greg. Nyss. in Melet. p. 1023. Theod. IV. c. 13. in his Epistolis exhibetur, erat verissima, & magna vis Persecutionis, maxime postquam Imperator Valens circa mensem Junium anno 370. Antiochiam venisset; ita nempe juramento stabat, quod, cum baptizaretur, in Eudoxii manus præstiterat. S. Melerius, Catholicorum Caput, jam tertio in Armeniam, Patriam

(*) Ubi illa ætate, in qua Regione, in quo orbis angulo fides, & Ecclesia Lutheranorum delitescibat?

Sæculum IV. triam suam, relegatus est; ibi commo-
 A. C. 370. tus est in prædio suo, quod Gethasus di-
 cebatur, prope Nicopolim in finibus Cap-
 padociæ sito; hinc inter ipsum, & S. Basili-
 um non infrequentis commercii occasio. Paulino alteri Antiochiæ Catho-
 licorum Episcopo pepercerunt, sive virtutem
 Socr. IV. ejus reveriti, sive fidelium, eum sequentium,
 c. 2. paucitas extra curam fuit. Christiani, qui S. Meletio
 Soz. V. c. 7. adhæserant, sine Pastoribus non fuerunt, Flavianus,
 & Diodorus Presbyteri hujus gregis curam
 Sup. l. XII. in se susceperunt, illi ipsi, qui ab
 S. 46. huc dum Laici ei sub regno Constantii ad-
 stiterant. Flavianus, sequenti tempore Episcopus
 Antiochenus, necdum pro Concione dicebat, sed aliis perorantibus materiam,
 & argumenta suppeditabat. Diodorus postea Episcopus Tarsensis fuit, jam
 ex tunc S. Basilio, S. Athanasio, Petro, & Timotheo
 successoribus ejus amicitia junctus. Joannes quoque, & Stephanus
 in custodiendo S. Meletii grege labora-
 Basil. ep. 177. runt, qui utrumque postmodum Episcopus
 197. Facund. constituit, Joannem Apamiensem, &
 l. 4. c. 2. Stephanum Germaniciensem. Catholici,
 Theod. IV. qui cum S. Meletio communicaverant,
 c. 25. Id. Philost. c. 2. p. 780. &c. suis Ecclesiis, nempe Palea, & alia
 c. 8. p. 815. nova, sibi ab Imperatore Joviano concessa,
 depulsi, ad pedem montis, civitati Antiochenæ
 proximi, conveniebant; ubi erant cavernæ, in quibus S. Paulus se a-
 liquan-

liquando occultasse ferebatur; in illis Dei Sæculum IV.
A. C. 370.
laudes cantabant, & verbum ejus auscul-
tabant, hiemali tempore pluviis, & ni-
vibus, æstivo solis ardoribus vexati. Il-
luc quoque milites immissi sunt, qui eos Hier. ep. 57.
Damaso.
effugarent; tunc in ripis fluvii Orontis
congregabantur, unde iterum abacti, in
exercitiorum campum migrarunt, quare
ab illis, qui de communione Paulini e-
rant, campenses dicti sunt; at hoc etiam
loco tertio depulsi sunt. Interim Valens Socr. IV.
c. 17.
Imperator multos eorum tormentis sub-
jecit, multos diverso mortis genere,
plurimos vero in Orontem projectos, su-
stulit.

§. XXVII.

S. Aphraates.

Palatium Regium Antiochiæ in ripa O- Theod. IV.
hist. c. 26. Id.
Philost. c. 8.
rontis stabat, & via publica, quæ in
campos ducebat, erat intermedia. Qua-
dam die Valens ex superiore porticu pro-
spiciens, vidit senem, vili palliolo tectum,
& quamvis senio tardaretur, passus, quan-
tum posset, urgentem; qui stabant pro-
ximi, Imperatori dicunt, esse Monachum
Aphraatem, quem hujus urbis populus
mira veneratione colebat; is, relicta so-
litudine, prodierat, ut periclitanti Eccle-
siæ succurreret, quamvis esset simplex
Laicus, & tunc quidem in illum locum,
ubi